

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Bacmeister

**Sacra Meditatio Qua ad Salvatoris Et Redemptoris Generis Humani Jesu Christi  
Natalitia Pie devoteq[ue] celebranda Omnes Academiae Cives solenniter invitat  
serioq[ue] hortatur : P. P. Rostochii ... Anno cl Ic LXI.]**

Rostochii: Kilius, [1661]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734924240>

Druck    Freier  Zugang



Ru. Progr. 1661.  
Johann-Dachmister  
Progr. natalitium





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734924240/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734924240/phys_0002)



79.

SACRA MEDITATIO  
Quâ ad  
SALVATORIS ET RE.  
DEMPTORIS GENERIS  
HUMANI  
JESUCHRISTI  
NATALITIA  
Pie devoteq; celebranda  
Omnes Academiæ Cives so-  
lenniter invitati serioq; hor-  
tatur.

RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERUS  
Med. D. Prof. P. & Poliater.



ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.

5.  
SACRA MATERIA  
EX PLATONIS ET PLATONIS  
DEMOCRATIÆ CHNERI  
HUMANITATIS  
IESUCHRISTI  
NATURALIA  
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
G. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
I. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
R. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
A. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
B. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
D. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
E. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
F. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
G. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
H. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
I. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
J. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
K. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
L. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
M. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
N. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
O. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
Q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
R. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
S. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
T. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
U. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
V. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
W. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
X. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
Y. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
Z. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.



Nter varia variorum Mortalium Vota maxi-  
mè B. Aurelii Augustinielucere, quo Hippo-  
nen sis ille Episcopus optasse dicitur; Videre  
**CHRISTUM in Carne, Romam in flore**, Paulum  
in ore, vel luce meridianâ clarius est. Sive  
enim Midæ Phrygiae tyranni, qui optasse per-  
hibetur, ut si quid attingeret, id prors9 omne  
in aurum subito mutaretur: Sive Thesei, qui  
à Neptuno avo suo (ut in fabulis est) tria po-  
stularat, ut scilicet Minotaurum conficeret;  
ut sibi ad inferos pateret aditus; & ut Hip-  
politum, suum & Hippolitæ Amazonis filium, qui sibi esset suspectus de Phæ-  
drâ noverca, ulciseretur: Sive Phæthonis Solis ex Clymene Oceanî & Te-  
thyos filia, filii, quem optasse legimus, ut in currum patris tolleretur, unoque  
die paterni currus habent sibi permitterentur: Sive Augusti & Tiberii Impera-  
torum, quorum iste Scipionis fortitudinem, Pompeji benevolentiam & Cæ-  
saris fortunam à Deo precibus petuisse, hic verò vivere tantisper optasse, do-  
nec Reipublicæ prodesset, anteriorum temporum annales perhibent: Sive  
aliorum quorundam Vota consideremus, fateri omnino cogimur, illa vel sto-  
lida, vel inutilia, vel nociva maxime fuisse, atque hinc Augustini Votū omnia  
reliqua, quamvis Imperatoria, infinito post se discrimine relinquere. Nam  
quæcumque ad hoc tam exiguum tamque breve vivendi curriculum, quod  
nobis Natura circumscripsit, benè, honestè, beateq; conficiendum non parū  
facere videntur, ea quam fieri potuit brevissimè complexus fuit Augustinus,  
quando Fratrem & Redemptorem suum oculis adipicere, filiumque DEI  
incarnatum cognoscere cupivit: nec non florentissimum Reipublicæ benè  
constitutæ statum, qualis olim Romanæ Reip. erat, coram cernere optavit:  
insuper etiam summum gentium Doctorem Paulum illum Apostolum viva  
voce docentem audire gestivit. Et certè quis nostrum, qui in Christianam  
reli-

religionē sancte compromissus, eamque subinde jactamus, id quod ex tribus Augustini optatis erat primum, videre scilicet CHRISTUM in Carne, non experteret? Cujus quæso oculi, eum, in quo promissiones DEI completa universæ sunt, quæ quidem per os sanctorum Prophetarum prædictæ, in scripturis extant: eum per quem facta & condita sunt cuncta, & sine quo factum est nihil quod factum est: eum, in quo etiam consistunt omnia, coram cernere non desiderarent? Quis quæso ab omni pietatis sensu tam esset alienus, qui illum in quo simul Pater videtur quicunque humanum genus omne, per peccatum temporali patriter ac æternæ morti, obnoxium, reparavit, satisfactione divinæ justitiae exsoluta, Morte abolitâ, Diabolo victo, Inferno expugnato, vitam æternam omnibus meritus est, & efficaciter etiam confert & applicat singulis in ipsum credentibus, humanâ specie ac figurâ inter homines versantem & cum hominibus conversantem, nec non multas res novas admodum & prorsus admirabiles divinâ virtute patrantem adspicere oculis & de facie ad faciem videre non exoptaret. Quis obsecro, nisi ferus & ferreus, hoc cum immortali ipse mortalî versari ac conversari cupidius non experteret: Quibus illius personæ, quæ omnes thesauros divinæ sapientiæ ac Scientiæ in se reconditos haber, Societas atque conspectus in his terris non esset jucundissimus? Nisi cum Ger-gesenis illis omnium mortalium quos unquam terra aluit stupidissimis atque miserrimis, quorum Matth. cap. 8. meminit, quod Jesu in Carne viso, rogarint eum, ut transiret in finibus eorum, Christo in Carne versanti adesse noluissemus, quod tamen neminem nisi prorsus cœcum propriæque salutis planè imminorem facturum crediderim. Felices certe multis nominibus iudicandi sunt Pastores Bethlemitici, Magi ex Persia provenientes, itemque alii non pauci, quorum animus ita fuit affectus, ut nuspiam suavius acquiescerent, quam in hoc ipso θεαρθρωτῳ, quem humanâ carne indutum coram intuebantur. Beatos verè pronunciamus Apostolos, qui Christum in Carne totam Palæstinam pedibus pergrantem, stupendaque miracula virtute propria edentem, sequebantur, verba suavissima facientem audiebant; cum co-sæpe colloquebantur, cibum unâ capiebant, in ejus complexu hærebant. Beatos judicamus oculos, qui honorem ac Majestatem universam Verbi incarnati viderunt, quam Apostoli omnes in ejus concionibus atque miraculis lucrem ceustellam ex Jacob sive Solem Justitiae viderunt ipsi, & Petrus unâ cum Jacobo & Joanne insuper etiam per visionem quandam in Monte Thabor. Beatas etiam aures, quas audivisse verbum vitæ æternæ notum est. Beatas insuper manus, quas contrectasse illud ipsum verbum incarnatum in sacro Codice legi-

legimus. Quis vel eorum, quos auf inanum dignitatum fluxarumq; opum  
sitis adurit, aut terrestrium voluptatū illecebræ molliunt, per Athonis & Cau-  
casi nives, perque ferventes Libiæ arenas æstuosa ac pulverulenta via pericu-  
losissimum longissimumq; iter pedibus haud ingredetur, ipsum illum oculis  
ut videret, quem Patres olim atque Patriarchæ verâ religione celebres, ut & po-  
tentissimi complures Reges contueri unicè quidem optarunt, sed voti tamē  
sui compotes fieri minime potuerunt? *Salomonem Regem illum* ( qui omnīū,  
quos Sol unquam aspexit, sapientissimus jam olim credebatur) *Sabaeorum Re-*  
*gina* oculis ut adspiceret suis & longis & non tutis itineribus Hierosolymam  
contendit. Nonne hæc ip̄la *Regina* lubentius ad Christum ipsum Deum  
in Carne manifestatum, quam ad Salomonem iter fecisset? Nonne potius  
ex illo divinæ sapientiæ perenni fonte limpidissimam aquam æternæ vitæ effe-  
ctricem, quam ex istoc humanæ sapientiæ rivulo turbidam multisque tum  
erroris tum ignorantiaæ fodi bus conquinatam aquam hausisset? Merito itaq;  
Augustino in optatis potissimum fuit, ut cœlestium rerum fontes in-  
spiceret, atque ex hisce aquam vitæ sempiternæ hauriret, ipsissimam sapien-  
tiæ divinam coram intueretur; non vero terrestrium rerum rivulos conse-  
ctaretur. *Massanissam* Numidarum Regem toto vitæ spatio ( prout Historici  
referunt) *mirum tenuit desiderium* Publī Cornelii Scipionis, quem quidem tam  
Romanis quam gentibus nationibusque exteris omnibus, omnis generis vir-  
tutes conspicuum fecerant. Tandem vero eundem hunc Scipionem sub tor-  
rido illo Africae sinu ad se venientem complexus Massanissa, qui jam ad sum-  
mam vixerat senectutem, collacrumavit, aliquantoque post in cœlum suspe-  
xit, & grates, inquit, tibi ago summe Sol, vobisque reliqui cœlites, quod an-  
tequam ex hac vitâ migro, potestas mihi concessa sit conspiciendi in meo Re-  
gno & his tecis Publium Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipse re-  
creor. Verum Augustine vir sanctissime, quid tibi potius fuisses, si id, quod in  
votis habebas, obtinere potuisses, quam ut continuo ad cœlestis hujus nostri  
Ducis atq; Principis complexum cucurrissest, illumque tum ex osculatus, tum  
ribi ipsi gratulatus, tum denique inaudita plane lætitia perfusus fuisses, nec  
summo Soli, nec reliquis cœlitibus ( uti Ethnicus ille Massanissa ) sed potius  
sublatissim cœlum manibus omnium rerum auctori ac conservatori DE Otriu-  
ni singularibus verbis gratias egisses, quod antequam hanc vitam cum morte  
commutare coactus esst, CHRISTUM toties expeditum tuis oculis conspe-  
xisses. Christum autem in carne coram oculis intueri cum Augustino & mul-  
tis Regibus ac Prophetis optare hoc ipso quidem die possumus, sperare autem  
aut

aut consequi, quod optamus, in mortali hoc nostro corpore non possumus.  
Et si enim Imanuel noster semper sit in medio duorum aut trium in nomine  
ipsius congregatorum: nostri tamen oculi tenentur, & tenebuntur hinc vitam  
ne cernant ipsum. Quod autem unicum adversus hoc damnum superest re-  
medium, ecce DEI gratuita clementia ac bonitas ipsa nobis praestitit: nempe,  
ut Filium DEI incarnatum, licet eum de facie ad faciem videre jam nobis inte-  
grum non sit, nihilominus nunc tamen per specillum in ænigmate videamus,  
itemque adhuc nobiscum loquentem & nos erudientem audiamus, scrutan-  
tes videlicet scripturas Prophetarum & Apostolorum, quæ sunt vox ipsius  
Filius DEI. Audiamus autem eum non jam fasciis amplius involutum,  
neque in præsepio jacentem, sed ad dextram Patris cœlestis summa cum  
gloria regnante; Quæramus CHRISTUM indesinenter in verbo, quo il-  
lum una cum merito & omnibus ipsius beneficiis spiritualibus ac cœlestibus in-  
veniemus. Inveniemus autem certe, & simul cum eo destructionem malo-  
rum omnium, quibus propter peccatum premitur Humanum genus omne.  
Ac proinde erimus beatores aut feliores aliquam multis, quibus Christum  
in Carne coram oculis aspicere datum fuit. Nam non omnis qui videt  
Filium habet vitam æternam, sed omnis qui credit in eum. Beati sunt qui non  
viderunt, & crediderunt: Beati sunt qui audiunt verbum DEI ac custodiunt illud, Beati sunt omnes qui confidunt in eo. Erimus, dico, verè beatissimi fidei oculis  
accuratius intueamur Domini nostri JESU CHRISTI dicta factaque o-  
mnia, quæ quidem in sacris literis annotata à Spiritu Sancto sunt per Evan-  
gelistas & Apostolos. Et certe hoc ipso tempore quo intelligimus, tandem  
cunctis gentibus desideratum, Patrum gemitibus & votis tories expetitum  
Salvatorem in hanc lucem editum esse, ut nos Diabolo mancipatos disolu-  
to nostræ captivitatis jugo in libertatem assereret, omnino nostrarum erit  
partium, ut in Divinæ majestatis conspectum, ad salutandum, amplexan-  
dum & exoscandendum hunc puerulum nostræ salutis auctorem prodeamus;  
ut religiose recolamus Salvatoris nostri incarnationem: Incarnati generatio-  
nen & nativitatem: Nativitatis splendorem & fructum. Reputate nam-  
que, Genesia celebrari hoc tempore non Monarchæ alicujus vel Regis aut  
Dinastæ secularis, qualia inter ludos & spectacula sive Græcorum sive Ro-  
manorum temporibus, solenniter fuisse observata annales variis prodiderunt,  
sed ejus, qui DEUS, qui Rex, qui Pater noster, qui JESUS & CHRISTUS  
noster est. Deus homo factus est: Deus in limum descendit, ut homo limus  
descenderet in DEUM: Hodie vera Vesta virgo regia stirpe superbiens, at  
hu-

humili ueste incedens Amazonum Babylonicarum domitorem verum & potentem mirabili partu edidit, filium de Patre, hominem de Matre, de matre sine patre, de patre sine tempore, de matre sine semine peperit. Magnum hoc est pietatis Mysterium, Magnum dilectionis indicium. Con juncta quippe ad invicem sunt DEUS & Homo; Mater & Virgo, Fides & cor hominum. De æterno nascitur coæternus; in Majestate reperitur humilitas, in virtute infirmitas, in abundantia paupertas, in æternitate mortalitas, in DEO Homo, in homine DEUS, Manifeste magnum est pietatis Sacramentum, inquit D. Paulus, quod manifestatum est in carne, justificatum in spiritu, apparuit angelis, prædicatum gentibus, creditum est in Mundo, assumptum est in gloria. Exclamemus profecto oportet cum Propheta; Generationem ejus quis enarrabit? Frustra hic Aculeones, frustra sudant Curiones, qui rationes decempedâ immensos hujus Mysterii metiuntur agros; Etiamsi totos nos speculationi huic sacrae impenderimus, quomodo cum semper sit in æternitate natus, semper tamen nascatur, nunquam nasci ex Patre definit, quid quælo allequemur aliud, quam ut agentes de DEI profundo mergamur in profundum. Eam vix quæ temporis inclusa est, nativitatem omni pervestigemus tempore, Natus enim, & hic mirabiliter. Nam quamvis Virginei istius partus modum sacrae literæ non definiant, nec diserte doceant atq; exprimant, an juxta matrum omnium naturam apertis matris Virginibus claustris Christus ex Virginis Mariæ utero egredi atq; verus & naturalis homo nasci dignatus sit, an vero præter rerum seriem & Naturæ leges atq; ordinem usitatum Virginis Matris utero planè clauso in lucem prodierit miraculose. Nos tamen, quos decet de Incarnatione & Nativitate Christi alta maximaq; pia & sentire & loqui, pie sane credimus, filium DEI Immanualem nostrum esse Virum illum, quem Maria (quippe Mater nova, singularis & admirabilis) post quam impletum erat tempus æterno DEI consilio à condito Mundo præfinitum, complexa sit, h. e. in utero conceperit non quidem modo communis & usitato naturæ ordine ut cœteri homines (quod existimarent Carpocratiani) sed prorsus novo, h. e. singulariter mirabili & mirabiliter singulari, absque Virili ulla commixtione, in perscrutabili Spiritu Sancti operatione, & gratiosâ altissimi obumbratione præter & supra naturam omnem, quicq; illæsa Matris Virginitate absq; ullo parientis dolore mirabiliter editus sit. Illa etenim ipsa Virtus per inviolata Matris Virginie viscera membra infantu hujus sanctissimi eduxit, qua postmodum per clausa ostia Juvenis membra introduxit, ut B. Augustini

ver-

verbis utay. Egregie sane Chrysologus sermone 41, nos admonet, ne nimis accurate in nativitatem arque incarnationem Salvatoris inquiramus, quando sic ait. Ad thalamum sponsæ nisi satis proximus, nisi satis intimus, nisi bona conscientie, nisi laudabilis famæ, nisi probabili vita nullus admittitur. Intra thalamum verò ipsum Virginem DEIIS capit solam, suscipitur sola virginitas illibata. Unde ô homo his admonitus exemplis, astima quis sis, quantum sis, qualis sis. & tunc deum cogita, utrum possis Dominicæ nativitatis penetrare secretum, utrum merearis ad illius pectoris cubiculum pervenire, ubi tota superna Regis, tota divinitatis requiescit Majestas; Utrum debeas humanis oculis, corporis sensibus, conceptum virginis temerarius discusor attenderè: utrum possis ipsas DEI manus operantes sanctum sibi corporis templum intra alvum genitricis audax & curiosus arbiter intueri: conspectibus tuis absconditum seculis nudare mysterium, revelare tibi ipsis angelis invisibile sacramentum: & ita cœlesti fabriæ præsidere, ut deprehendas liquido tu quomodo DEIIS penetrale clausæ carnis intraverit: quemadmodum sacri corporis in illo venerabili utero præter Virginis conscientiam lineamenta pinxerit: quomodo præter concipiētis sensum mansura seculis ossa solidaverit: qualiter præter hominis ordinem, hominis veram produxerit formam: quemadmodum præter carnis sollicitudinem totam carnis assumpserit veritatem: qua ratione præter naturam nostræ carnis integrum suscepit qualitatem: & si adhuc tibi liber non perpatuerit accessus, jam Deus ex carne nunc assumere non potuit, quod in principio assumpsit ex limo? Imo quia totam DEO est possibile, & tibi ne ad minima quidem operum DEI posibile est pervenire, conceptum Virginis noli discutere, sed crede: DEUM voluisse nasci pie senti, quia facis injuriam, si requiris magnum dominicæ nativitatis sacramentum: fide percipe, quia ne minima quidem operum DEI assequi poteris sine fide. Quod ipsum idem alio in loco principio sermonis 143. repetit, quando, Debetur quidem, inquit, yobis natalitus sermo, sed ineffabile nativitatis Dominicæ sacramentum credere magis convenit, quam referre. Virgo peperit. Quod natura non habet, & usus nescit, ignorat ratio, mens non capit, pavet cœlum, stupet terra, Cœtura miratur, quomodo sermo narrabit humanus? Deniq; Evangelista conceptum Virginis, Virginis partum sicut humano sermone pandit, ita divino claudit arcano: Et hoc facit, ut homo, quod credere jussus est, discutere non præsumat. Quis attingit arcana DEI? partum virginis? rerum causas? seculorum negotium, commercium divinitates & carnis? hominem Deumq; unum DEUM. Recte itaq; cū Jeremia Propheta dicimus; Hoc est opus novum quod fecit Dominus, quale nec

fa-

factum nec faciendum amplius super terram. Antiquitas quidem fabulosa  
commisericatur Perseum Danae Virginem natum. Itemq; Historiae veteres,  
teste Seneca, Ancum Martium quartum Romanae Urbis Regem genitum sine  
genitore constanter perhibent. Similiter nescio quid monstri monstrum ex  
Romanis literis Plinius, Tullum ex Ocrisia factum sine satore. Verum vel Fa-  
bulas haec esse, vel etiam stuprorum in magnis personis velamenta, non negant  
ipsi qui sunt hujus rei autores. *Impossibile enim est*, ait recte Epiphanius, *præter*  
*naturam quempiam in terra nasci*. Unicum hoc decuit Servatorem nostrum,  
quia solus est ille admirabilis. Ex virginem autem nasci voluit, tum quod sic  
divina voluntas decreverat, tum quod ingressum nostri omnium Domini  
dignorem esse oporteret quam nostrum; Regius enim fuit introitus: tum  
etiam quia per Mulierem in hunc mundum mors intravit, salus per Virginem  
redderetur. Sine virili vero ullo semine & concupiscentia carnali hunc in mu-  
ndum nasci conveniebat, quia commixtione seminis Viri & Mulieris natura im-  
munda nascitur; jam vero Christum, quia genus humanum a peccato liberare  
debebat, oportebat purum & impollutum nasci; Decebat insuper, ut, quem-  
admodum secundum æternam generationem est ænigmata, ita secundum  
temporariam naturam esset ænigmata. Tantum itaque pietatis Mysterium,  
tantum divina dilectionis indicium, tantam divitiarum sapientiae & scientiae  
DEI profunditatem, tantam DEI cum homine & hominis cum DEO u-  
nionem, Ecclesia Christi per totum terrarum orbem dispersa, in præsente  
festivitate, devotâ pietate, pia admirati ne, debita gratiarum actione con-  
celebrat. Israelitæ Jubila tollebant arca fœderis in castra veniente: Multo  
justius verâ propitiatorii arca Christo in carne ad nos veniente, latetur Ecclesie,  
& tristem fortunæ lusum, quem vita hujus Euripus excitat, in sancto hoc cunaru[m] Christi ludo ludit. In primitiva Ecclesia omnes in so-  
lemnioribus febris humi solitos cubare, nocturnum tempus, si quod è Cere-  
moniis publicis fuit reliquum, vigiliis, precationibus, & hymnis quibus-  
dam piis de laudibus Natalium decantandis tribuisse vel Epiphanio teste,  
patet. Græci sua Thesmophoria Cereri dicata, propter alias saltæ  
arandi & serendi leges sibi communicatas & diem festum Minervæ acturi,  
pridie in foliis arborum cubarunt, & testificandæ gratitudinis ergo, omnes  
publicis custodiis asservatos, emiserunt, vinculisque levaverunt. Æternis lau-  
dibus digna censetur illa vox Scipionis, qui hoc ipso die, quem propter res  
feliciter contra Hannibalem gestas sanctum & religiosum habuit, citatus

B

reus,

reus, ad causam dicendam adesse nolens, Hodie, Inquit, litibus & iurgiis super-  
perfudere æquum sit, ego hinc exemplo in Capitolium ad Jovem Optim.  
Max: cæterosque DEOS salutandos ibo, hisque gratias agam, quod mihi  
& hoc ipso die, & sæpe alias egregiæ Reipublicæ gerendæ mentem faculta-  
temque dederunt; ut est apud Livium. Quanto magis nobis hæc ipsa dies,  
quam memoriam memorabilium DEI consecratam esse voluir Ecclesia, cara-  
esse debet & in pretio Literariæ namque Reipublicæ cives in admirando hoc  
incarnationis Mysterio meditando præ reliquis omnibus operosiorem in-  
quisitionem instituere, atque excusso oculis animisque veterno, quem Eccle-  
sia universa nobis natum prædicet, fidelis & accuratâ mente cum D. Bernhardo  
considerare debent Admirabilem scilicet in Nativitate: Consiliarium in prædi-  
catione: Deum in operatione: Fortem in passione: Patrem æternitatu in  
resurrectione: Principem Pacis in perpetuâ beatitudine. Adeste igitur & in  
sanctuario Domini devota mente hisce feriis convenite; tantam Divinæ  
Charitatis tesseram, tam incomparabile saintis nostræ beneficium recolite;  
recolite inquam, inter gaudia & veracordis jubila: ut non solum mens vestra  
sed crassum quoque hoc & grave corpus lætitiae hujus consors fiat. An-  
geli pro nostrâ exultant salutem; quare nos ob illam lætari nolimus: Na-  
talem Cyri Regis Persarum in hunc usque diem sacrum Perse habent, Re-  
gisque manibus ob res præclare gestas, hostes devictos, triumphos actos,  
divinos honores destinant, & diem ortus ipsius hilarem devote transigunt.  
Nos non Cyri Solis filii, sed veri Solis Justitiaz, Regum Regis, Exercituum  
coelestium Principis non externo Chresto, sed interno lætitiae oleo inuncti  
genethlia celebrantes sursum corda tendere, cogitationes terrenas abytere,  
totosque nos Immanueli nostro devotos & dicatos esse decer. Celebre-  
mus itaque eum diem Patriæ cælestis Natalem, non igne in aris vestalibus  
accenso, ornature externo mutato, sed precum suavi suffitu, ex corde de-  
voto, imò contrito spirante & nubes penetrante, & supra cœlos omnes ad  
JEHOVÆ sedem scandente: muremus exuvias Adami veteris novâ nuptia-  
li assumpâ veste: offeramus Munera σωτήρι & IMMANUELI nostro, pue-  
ro Nobis nato, filio Nobis dato, seduloque caveamus, ne, qui semel in Nato  
puerulo Diabolo ejusque membris renunciavimus, in ejus iterum recidamus  
laqueum. Non enim desinit hostis antiquus, transfigurans se in Angelum  
licis, deceptionum laqueos ubique protendere, & quoquo modo fidem cre-  
dientium corrumpat instare. Novit, cui adhibeat astus cupiditatis; cui ille-  
cebras

cebras gulæ ingerat : cui apponat incitamenta luxuria : Cui infundat Virus  
invidiae. Novit, quem mœtore conturber, gaudio fallat, quem metu op-  
primat. Omnim discutit consuetudinem, & ibi querit causas nocendi, u-  
bi quemque viderit studiosius occupari. Per baptismatis sacramentum  
Spiritus Sancti facti sumus templum. Nolite itaque ô me ! quos singulari  
amore complector, nolite inquam, omnes quotquot studiorum gratia hic  
vivitis, qui que adhuc frugi estis, tantum habitatorem pravis de vobis acti-  
bus effugere, & Diaboli vos iterum subjicere servituti. Nolite vos asso-  
ciare circulatoribus & fucis quibusdam, qui licentiam & minimè ferendam  
perulantiam Cinesie, qui Athenis contraria festa publicis celebrare solitus est,  
sectantes, sanctum vestrum ordinem dissimant; nec Apicij illius nepotum  
Principis sodalibus, qui (ut Orator alicubi eos depingit) in mensam veniunt,  
& de convivis afferuntur, crudique postridie se rursus ingurgitant: qui So-  
lem neque Occidentem, neque Orientem vident: qui Vino calentes noctu  
plateas bacchantium ritu percurvant, ensibus pavimenta platearum ad pu-  
gnam lassunt, nec humanis vociferationibus aliorum quietem & tranqui-  
llitatem publicam interturbant: sed homine exuto in bruta conversi  
cum ratione insanunt, bestiam vitam præ humanâ jucundam aestimantes;  
Quos si natura bestias efformasset, quis illos in honesto hominum cœtu fer-  
ret. His moribus interim isti paternas pecunias turpiter dilapidant, in po-  
pinis grande æs conflant, tandemque consumptis patrimoniois strenue  
egent, nec raro tam suavem scilicet vitam cum tristi inopia turpique nomi-  
nis infamia commutare coguntur. Dolendum certe est, de cœtu Acade-  
mico hujusmodi lamentationes audiri, quibus sibi ipsis periculum totique  
cœui odium ac invidiam conciliant. Nec est quod ambigamus, quin ma-  
xima vestrum pars, à perversis hujusmodi moribus, grassationibus & plus-  
quam Diabolicis vociferationibus alienissima sit, & animitus talia fieri &  
patrari dolet & ingemiscat. At bonos nonnunquam & probos καθαρά-  
τάν & ἀλαζόγων halitu velut contagioso & umbra pestilenti infici & cul-  
pam ab aliis commissam innocentes luere cernimus & experimus. Quod  
casus complures proh dolor funesti & lugubres, quibus aures nostræ ad-  
huc calent, animique horrent, testantur. Ideo moneo, rogo & pro eâ,  
qua mihi divintus nunc incumbit potestate, jubeo, ut diebus hisce festis piis  
precibus vacetis, à grassationibus & debacchationibus nocturnis abstinea-  
tis, pacem Civitatis, in quam vostramigrare fecit DOMINUS, monente

Jere-

Jeremia, queratis, & pro eâ in eaque constituta Academia, Spiritus Sancti officina, & alma omnium nostrum Matre supplices oretis. Quia pax ejus Pax nostra est. Si vero monitio hæc nostra vilipensa fuerit, scient transgreßiores de medijs petulantia convenientibus vindicibus cogitatum & certi quid decretum esse. Neque vero quiritemini cum illis *nepotibus*, ideo nulla hic esse Studiosorum Privilegia. Habet Academia nostra ad honestam immunitatem **PRIVILEGIA**, non ad peccandi licentiam **PRAVILEGIA**.

Non possum etiam facere, quin ad finem hujus Programmatiſ illos, qui hactenus apud nos sub titulo Studiosorum latitarunt, neque ex lege Academiæ nomina sua in matriculam referri curarunt, moneam, ut ante ingressum novi jam jam instantis anni, (quem huic Academiæ, Ecclesiæ, Urbi, totique Reipubliq. Christianæ ac omnibus & singulis, faustum, tranquillum & salutarem precor), id agant, quo inter veros & legitimos Cives Academicos referantur h. e. nomen mihi p. t. Rectori sine ulteriori morâ profiteantur, nec suo sibi jumento accerlant malum.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus ipso festo Nativitatis Christi, Anno c<sup>irca</sup> I<sup>es</sup> LXI.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734924240/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734924240/phys_0015)

**DFG**




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734924240/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734924240/phys_0016)

**DFG**

ceras gulæ ingeat: cui apponat incitamenta  
 invidiae. Novit, quem mœtore conturbet, ga-  
 primat. Omnia discutit consuetudinem, &  
 bi quemque viderit studiosius occupari. Pe-  
 Spiritus Sancti facti sumus templum. Nolite i-  
 amore complector, nolite inquam, omnes quo-  
 vivitis, qui adhuc frugi estis, tantum habita-  
 bus effugere, & Diaboli vos iterum subjecere se-  
 ciare circulatoribus & fucis quibusdam, qui lice-  
 perulantiam Cynœsiæ, qui Athenis contraria festa  
 sectantes, sanctum vestrum ordinem dissimilant.  
 Principis sodalibus, qui (ut Orator alicubi eos dicit)  
 & de convivis afferuntur, crudique postridie  
 lem neque Occidentem, neque Orientem viden-  
 plateas bacchantium ritu percursoriant, ensibus p-  
 ignam facessunt, nec humanis vociferationibus a-  
 quillitatem publicam interturbant: sed homi-  
 cum ratione insanunt, bestialem vitam præ hum-  
 Quos si natura bestias efformasset, quis illos in-  
 ret. His moribus interim isti paternas pecunia  
 pinis grande æs constent, tandemque conse-  
 gent, nec raro tam suavem scilicet vitam cum  
 nisi infamia commutare coguntur. Dolendum  
 mico hujusmodi lamentationes audiri, quibus  
 cœtui odium ac invidiam conciliant. Nec est  
 xima vestrum pars, à perversis hujusmodi mori-  
 quam Diabolicis vociferationibus alienissima  
 patrari doleat & ingemiscat. At bonos nonnun-  
 taw & ἀλασσόω halitu velut contagioso & um-  
 pam ab aliis commissam innocentem luere cernit  
 casus complures propter dolor funesti & lugubres  
 hoc calent, animique horrent, testantur. Ia-  
 quæ mihi divinitus nunc incumbit potestate, jube  
 precibus vacatis, à grassationibus & debaccharia-  
 tis, pacem Civitatis, in quam vos transmigrare f



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.

fundat Virus  
 em metu op-  
 as nocendi, u-  
 sacramentum  
 quos singulari  
 im gratia hic  
 de vobis acti-  
 lite vos aslo-  
 è ferendam  
 ure solitus est,  
 illius nepotum  
 isam veniunt,  
 itant: qui So-  
 alentes noctu-  
 earum ad pu-  
 n & tranqui-  
 ruta conversi  
 estimantes;  
 um cœtu fer-  
 idant, in po-  
 oniis strenue  
 pique nomi-  
 coeru Academ-  
 alium totique  
 us, quin ma-  
 ribus & plus  
 talia fieri &  
 os καθαρι-  
 nfici & cul-  
 nus. Quod  
 es nostræ ad-  
 go & pro eâ,  
 ilce festis piis  
 nis abstinea-  
 IS, monente

Jere-